



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Breuiarius Moguntiu[m]**

**[Straßburg], [ca. 1500]**

L[e]c[t]io. j.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

chanaan: et dedit eam viro suo uxore Qui ingressus est ad eam. At illa concepit se videns: despexit dominam suam. **D**ixitque sarai ad abram. Iniqua agis contra me. Ecce dedi ancillam meam in sinu tuum: quod videns quod conceperit despectui me habet. Iudicet dominus inter me et te. Cui respondit abram. Ecce ait ancilla tua in manu tua est utere ea ut libet. Tu autem. **Lectio. iij.** **A**ffligete inquit eam sarai fugam inquit. Cumque invenisset eam angelus domini iuxta fontem aque in solitudine que est in via sur in deserto: dixit ad illam. Agar ancilla sarai unde venis: et quod vadis. Querendit. **A** facite sarai domine mee ego fugio. Dixitque ei angelus domini. Revertere ad dominam tuam et humiliare sub manu illius. **E**t rursum. Multiplicabis inquit multiplicabo seminem tuum et non numerabis pro multitudie. **A**c deinceps. Ecce ait concepisti et paries filium: vocabisque nomen eius ysmahel: eo quod audiverit dominus afflictionem tuam. **H**ic erit ferus homo. Manus eius contra omnes: et manus omnium contra eum: et e regione universi

fratrum suorum figet tabernacula. Tu autem domine. **U** **Nocte. xxiiij. Lectio. iij.** **D**ecavit autem agar nomen domini quod loquebatur ad eam: tu deus quod vidisti me. Dixit enim. Profecto hic vidi posteriora videntis me. Propterea appellavit puteum illum: puteum vivetis et videtis me. **I**ste est inter cades et barath. **P**eperitque agar abre filium: quod vocavit nomen eius ysmahel. **D**ecoginta et sex annorum erat abraham quando peperit ei agar ysmahel. **T**u autem. **Lectio. iij. Gen. 17.** **P**ostquam homo nonaginta et novem annorum esse cepit apparuit ei deus: dixitque ad eum. Ego deus operis. **A**mbula coram me: et esto perfectus. **P**onamque fedus meum inter me et te: et multiplicabo te vehementer nimis. **C**ecidit abraham prostratus in faciem. **D**ixitque ei deus. Ego sum et ponam pactum meum tecum: et eris pater multarum gentium. **N**ec ultra vocabitur nomen tuum abraham sed appellaberis abraham: quia pater multarum gentium constitui te. **F**aciamque te crescere vehementissime et ponam te in gentibus: regesque ex te egredientur. **E**t statuiam pa-